florenorum pecunie monete et numeri polonice ad solvendum succumbendum. Preterea idem recognoscens
cum successoribus suis in bonis ac summis pecuniariis predictis omnibus prefato Simoni Goleczky
postquam illius obligat et inscribit presentem inscriptionem ex his actis Castrensibus ad acta
terrestria premisliensia ante decursum unius anni transportare sub vadio centum
quinquaginta florenorum pecunie monete et numeri polonice ad solvendum succumbendum. Pro qua-
quidem summa essentialiter cum vadio iunctis tum vadio et vadiis ex quacumque
re et causa succubitis et succumbendum. Quorum se prenominatus re-
cognoscens cum successoribus suis eidem Simoni Goleczky vel eius posteris
Cittare permiserit tenens rendo a suo proprio et competenti foro coram
presenti Castrensi premisliensi officio cui se (actus presentis respectu) cum suc-
cessoribus bonisque suis ac summis pecuniariis predictis omnibus ultro subi-
cit semper in primo Cittationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere
et loco responsionis pro his omnibus pro quibus Cittatus eius successores Cittati
fuerint reipsa ab officio non recedendo tenens quorum opus fuit satisfacere
et omne iudicatum pati tenebitur et eius successores tenebuntur. Terminum
ipsum primum peremptorium et alios subsequentes causae et causarum terminos
nullis in universum dillationibus ad quietem vel simplici infirmitatibus
actione pro maiori successorum minorenitate ac aliis omnibus ex quacumque cau-
sa tam de iure quam consuetudine concedi et admitti solitis differen-
tiis quibusvis regalibus ac restitutionibus bello expeditione bellica incursu
hostium aura pestifera conventionibus generalibus et particularibus nego-
cio et servitio quovis Sacre Matris Regie necnon dictis eiusque Sacre Matris Reg
ac aliorum quorumvis sub seliore tum etiam iudicii ordinis generalis Tribunal
Regni in contrarium presentis inscriptionis latis et promulgatis et legalibus
quibusvis impedimentis statutisque et constitutionibus laudatis et laudandis
se non tantum solum vadii seu vadiorum ac satisfactionem presentis
inscriptionis poena trium et ter trium marcarum non evadendum tum a dictis quibus-
vis nullas motiones cum appellationibus facientes et interponentes nec ad
prosequendum easque iudicem et partem adcitandum immo se cum successoribus omnibus

generalibus iuris remediis necnon evasionibus prescriptionibus suspensionibus
fatalibus iuris dillationibusque universis ut habentur tam sue et suorum suc-
cessorum sub amissione totius causae nimirum lutionem ac solum vadii
seu vadiorum quo vel quibus solutis utique inscriptionem presenti tenens quorum
opus fuerit satisfacere tenebitur et eius posteri tenebuntur
Nulla terrestri prescriptionem premissis obstante.

Rusina Quietat Krukieniczki

1420

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus
Famata Catherina Russina consors Famati Mathie Russa cuius Pre-
misliensis subditus Sacre Matris Regie tenute Generosi Joannis Thome Dro-
hojowski a Drohojow Capitanei Premisliensis cum eiusque mariti sui perso-
nali assistens et consensu rendo a suo proprio et competenti foro
presenti vero iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quo ad actum pre-
sentem attinet subiciens sanamen et corpore existens publice libere
ac per expressum recognovit. Quod a Generoso Sebastiano Krukieniczky
summam ducentorum et viginti florenorum pecunie monete et numeri polonice debiti
certi sibi per eum actis presentibus Castrensibus premisliensibus pro tempore iam elapso
solvere inscriptis recepit et manualiter levavit. Ratione cuius receptio-
nis et levationis ipsum et eius successores de summa predicta quietat
liberumque ac munerem cum ipsius successoribus facit et pronunciat
temporibus perpetuis. Ipsamque inscriptionem sibi ab eodem super summa
predicta servientem cum omnibus conditionibus et legamentis cassat
annihilat mortificat obliterat perpetue sibi et suis posteris
ratione premissorum silentium imponens eiusdem presenti recognitione mediante

Skoruczina Rusina

1420

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Ca-
strensibus Premisliensibus Generosa Margaretha de Narawow relicta
consors secundi matrimonii Generosi olim Georgii Skorutha